



UvA-DARE (Digital Academic Repository)

Scripting justice

Legal practice and communication in the late medieval law courts of Utrecht, York and Paris

Camphuijsen, F.W.G.W.

Publication date

2017

Document Version

Other version

License

Other

[Link to publication](#)

Citation for published version (APA):

Camphuijsen, F. W. G. W. (2017). *Scripting justice: Legal practice and communication in the late medieval law courts of Utrecht, York and Paris*.

General rights

It is not permitted to download or to forward/distribute the text or part of it without the consent of the author(s) and/or copyright holder(s), other than for strictly personal, individual use, unless the work is under an open content license (like Creative Commons).

Disclaimer/Complaints regulations

If you believe that digital publication of certain material infringes any of your rights or (privacy) interests, please let the Library know, stating your reasons. In case of a legitimate complaint, the Library will make the material inaccessible and/or remove it from the website. Please Ask the Library: <https://uba.uva.nl/en/contact>, or a letter to: Library of the University of Amsterdam, Secretariat, Singel 425, 1012 WP Amsterdam, The Netherlands. You will be contacted as soon as possible.

Appendix three

Paris

3.1 Oath of the advocates of the *Parlement* of Paris

Below follows the oath taken by the *Parlement's* advocates as recorded in 1340 on fols.18v-19r of the fourth criminal register of the *Parlement* (AN X^{2A}4). The oath follows a list with the names of all the advocates working in the *Parlement*, and is followed by a comparable name list and oath for the proctors (see Appendix 3.2).

Aduocati istius curie iurabunt articulos qui sequuntur videlicet:

- ❖ *Quod diligenter et fideliter istud officium exercebunt.*
- ❖ *Quod causarum iniustarum patrocinium scientur non recipient.*
- ❖ *Quod et si non ab inicio ex post facto tamen viderint causam esse iniustam statim eam dimittent.*
- ❖ *Quod in causis quas fovebunt si viderint tangi regem ipsi de hanc curiam avisabunt.*
- ❖ *Quod causa placitata et factis negatis ipsi de recenti infra biduum uel trium facient et curie tradent articulos suos iusi ex causa de licencia curie defferent.*
- ❖ *Quod impertinentes articulos scienter non facient.*
- ❖ *Quod consuetudines quas veras non coediderint non proponent nec sustinebunt.*
- ❖ *Quod causas quas suscipient cito expedient pro posse suo.*
- ❖ *Quod in eis dilaciones et subterfugia maliciose non quarent.*
- ❖ *Quod pro salario suo quantumcumque sit magna causa ultra triginta libras Turonensis non recipient nec etiam aliquod ultra in salarii maioris fraudem minus tamen recipere possunt.*
- ❖ *Quod pro mediocri minus et pro minori causa multo minus recipient secundum quantitatem cause et condiciones personarum.*
- ❖ *Hoc idem iuramentum prestabunt illi qui aduocatis proponentibus ut consilarii assistent.*
- ❖ *Iniungatur eis preter iuramentum.*
- ❖ *Quod bene mane venient et bene mane venire faciant partes suas.*
- ❖ *Quod illum cui data fuerit audientia non impediant.*
- ❖ *Quod stando et retro primum scamium patrocinentur.*
- ❖ *Quod primum scamium non occupant.*

- ❖ *Quod licet plures sint aduocati in vna causa vnus tantummodo loquatur.*
- ❖ *Quod facta impertinencia non proponant.*
- ❖ *Quod ipsi de curia non recedant quamdiu magistri in camera erunt.*
- ❖ *Et est sciendum quod nullus aduocatus ad patrocinandum recipietur nisi fit iuratus et in rotulo nominum aduocatorum scriptus. Et prohibet curia ne ipsi ingerant se ad patrocinandum nisi sint iurati.*

3.2 Oath of the proctors of the *Parlement* of Paris

Like for the advocates, the fourth criminal register (AN X^{2a}4) contains a transcript of the oath allegedly sworn by the proctors operating in the *Parlement*. It is written on fols. 19r-19v, and follows a list of names of all the general proctors working in the *Parlement* in 1340.

Procuratores predicti iurauerunt hec qui sequuntur:

- ❖ *Quod diligenter et fideliter officium procuracionis exercebunt.*
- ❖ *Quod causarum iniustarum onus seu officium procuracionis scienter non recipient.*
- ❖ *Quod et si non ab inicio ex post facto viderint causam esse iniustam statim eam dimittent.*
- ❖ *Quod in causis quas fouebunt si viderint tangi ius regis ipsi de hanc curiam auisabunt.*
- ❖ *Quod causa placitata et factis negatis ipsi de recenti infra biduum vel triduum fieri et tradi procurabunt articulos suos nisi ex causa de licencia curie ulterius different.*
- ❖ *Quod impertinentes articulos scienter non facient nec fieri facient seu permittent.*
- ❖ *Quod facta nec consuetudines quas veras non crediderint non proponent nec proponi facient.*
- ❖ *Quod causas quas suscipient cito expediri procurabunt pro posse suo.*
- ❖ *Quod in eis dilaciones et subterfugia maliciose non querent.*
- ❖ *Quod pro salario suo quantumcumque fit magna causa ultra decem libris Parisiensis pro uno parlamento non recipient nec etiam aliquid in salarii maioris fraudem minus tamen recipient secundum qualitatem causarum et condiciones personarum.*
- ❖ *Quod non pascientur de quota parte liti.*
- ❖ *Quod non facient forum de causa ducenda seu consilio querendo in fraudem salarij aduocatoris nec alii.*
- ❖ *Quod non impetrabunt seu impetrari facient litteras iniustas et iniquas contra racionem et stilum curie.*
- ❖ *Quod non inducent magistros suos ad corrupcionem aliquam faciendum nec eciam informandum aliquos dominorum de causis suis ad partem extra iudicium.*
- ❖ *Quod per favorem preces pecuniam aut alie indebite non querent aduocatos ad modum prosenete uel mediatoris.*
- ❖ *Iniungatur eis preter iuramentum:*
- ❖ *Quod bene mane veniant.*
- ❖ *Quod illum cui data fuerit audientia non impediunt.*
- ❖ *Quod retro aduocatos stent vel sedeant.*
- ❖ *Quod primum scamium non occupent.*

- ❖ *Quod ipsi de curia non recedant quamdiu magistri erunt in camera.*
- ❖ *Et est sciendum quod nullus procurator generalis parlamenti admittetur ad officium procuracionis exercendi nisi sit iuratus et in rotulo procuratorum generalium scriptus.*
- ❖ *Et prohibet curia ne ipsi ingerant se ad procurator generaliter in parlamento nisi fuit iurati.*

3.3 Arrêt in the case of Isabelle de Blanot

The following *arrêt* is part of a case from 1345 involving Isabelle de Blanot, lady of Uxelles, and a group of men who have attacked the village Ougy-sous-Uxelles, which fell under her jurisdiction. The *arrêt* concerns the question of whether the royal proctor will join Isabelle as plaintiff against the attackers, because the latter have breached a royal safeguard. Based on the information received about the case, the *Parlement* eventually decides to do so. The *arrêt* is recorded in the fifth criminal register (AN X^{2A}5) on fol. 74r. Also see Labat-Poussin, Langlois and Lanhers (eds.), *Actes* (1987) 273.

Cum dudum Ysabellis de Blanesco domina de huissellis nobis conquerendo monstrasset quod licet ipsa cum familia hominibus justiciabilibus et subditis suis esse in nostra gardia principali sufficienter significata et publicata in ballivo Matisconensis, Nicholus Benedictus quadrigarius, Jaquestus Jasset et plures alii malefactores venerant cum armis prohibitis in villa de Ongiers subtus Huissellas in alta et bassa jurisdictione dicte Ysabellis, ibique vulneraverant, mutilaverant ac occiderant nostram salvam gardiam infringendo in dicte gardie et superioritatis nostre vituperium et contemptum dicteque Ysabellis grande providicium et iaccuram super quibus delictis plures informationes facte fuerant, ipsis demum ad curiam nostram asportatis et ad finem si procurator noster cum dicta Ysabelli adiungeretur vel ut adiunctus remaneret, receptis. Quadam informatione super predictis facta per arrestum curie nostre reiecta. Aliis informationibus super predictis factis visis et diligenter examinatis per iudicium dicte curie nostre dictum fuit quod dictus procurator noster cum dicta Ysabelli adiungetur vel ut alii adiunctus remanebit.

Ludovicus Wauterche reportator pronunciatum xxiii^o die decembris anno xlv^{to}